SEPTEM ET TRIGINTA CATHOLICÆ ASSERTIONES:

QVAS PIETATE, ET eruditione præſtans vir, M. Iacobus Feuchtius Pſullendorffius, SS. Theologiæ Baccalaureus formatus, ad D. Virginem Paſtor, & Eccleſiaſtes cumprimis Catholicus, ſub Præſidio Theodori Peltani Doctoris Theologi, & Profeſſoris Ordinarij, Catholicæ veritatis ſtudio, & amore, in orthodoxa Academia Ingolſtadiana publicè examinandas, & diſcutiendas propoſuit.

Similis factus ſum



Pelicano Solitudinis Pſal. 101.

MATTHÆI XVIII.

Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi tanquam Ethnicus & Publicanus.

I. TIMOTH. III.

Mali homines & ſeductores proficiunt in peius, errantes, & in errorem mittentes.

INGOLSTADII M.D.LXXII.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE



REVERENDISSIMO PRÆSVLI, ET PRINCIPI ILLVSTRISSIMO, DOMINO OTTHONI Truchſes de VValdburg S.R.E. Epiſcopo Cardinali Pręneſtino, & Auguſtano, Præpoſito ac Domino Eluuangenſi, Germaniæ Protectori ſingulari, &c. Domino ac patrono ſuo clementiſsimo S.D.P.

Dolendum eſt uehementer, Ampliſsimè Cardinalis, certos quoſdam in Germania homines, eò temeritatis & audatiæ iam pridem proceſsiſſe, ut ſe antiquæ, Catholicæq; religionis hoſtes acerrimos impunè quodammodò publicè profiteri audeant. Atq; ideò illi ipſi cùm in omni flagitio, quandam ſibi impunitatem pollicea̅tur, non deſinunt quotidiè falſa ſpargere dogmata, non perhorreſcunt impios, & iam dudum patrum memoria, profligatos errores, magno Germaniæ noſtro incommodo, proſeminare. Quod cum ſæpè uideo, non poſſum profectò non maximo doloris ſenſu affici, & eò uehementius multo commoueri, quod inteſtinum hoc malum, penitus in multorum animis iam incluſum, difficile admodum extirpari poſsit. Itaq; cum non ita pridem, in lucem prodijſſe, breuem quendam, confuſum tamen, perturbatum, ac peſtilentem agnouiſſem commentarium contra 37. articulos Catholicos, hic publicè illis, qui de religione Catholica, parum rectè ſentire putabantur, propoſitos, grauiter moleſteq; tuli, hominem nec eruditum, & minimè bonum, illos ſibi impiè ac nefariè germanicè impugnandos ſumpſiſſe, & doctorum omnium publico præconio, plurimos teſtes ignorantiæ, impietatis uerius dixerim, ſibi collegiſſe.

Quare cùm per aliquem huius noſtræ Academiæ Theologum, propter graues, ac publicas, quibus aſsiduè diſtine̅tur occupationes, tempeſtiuè refelli non poſſent: rem meo inſtituto conuenientem, bonis uerò omnibus, gratam iucundamq; facturum me ſperabam, Theologis id annuentibus, & benè conſentientibus, ſi pernicioſum illud ſcriptum, ac hac iucundiſsima luce indignum, eodem ſtylo confutarem. Verum cum illud ſub prelo adhuc ſudet, ne uacuus omninò in Vrbem uenirem, libri Capita 37. in totidem breues concluſiones reuocaui, locis

paucis commonſtratis, quibus ueritas Catholica à nobis copioſius confirmatur. Atq; eo potiſsimum nomine C.T. Ampliſsimè Cardinalis, hoc quicquid eſt, uel induſtriæ, uel laboris, nuncupare uolui, quod neminem agnoſcerē, cui iure optimo, poſt Deum, plus Germania noſtra debeat. Rectè enim te Germaniæ Protectorem, & Catholicæ religionis acerrimum defenſorem, Catholici omnes confitentur. Tuum in reprimendis ſectariorum conatibus ſtudium prædicant. Verbis efferunt ampliſsimis pro Eccleſia, clariſsimoq; quondam Romano imperio, graues labores ſuſceptos. Et quoniam non eſt hic locus C. T. laudes proſequi, id ſolum dicam, in omnium animis, ampliſsima C.T. non tam auitæ nobilitatis, quàm fidei, quàm religionis, quàm pietatis, quàm conſtantiæ, quàm grauitatis, extare ueſtigia. Quamobrem, Cardinalis ampliſsimè, officiosè rogo, ut has aſſertiones, pro innata illa ſingulari animi tui manſuetudine ac beneuolentia accipias: donec opus abſolutum, quod in manibus eſt librariorum, in manus hominum exeat. Deus Opt. Max. totius honeſtatis, & religionis puriſsimæ architectus C.T. nobis, & toti Germaniæ, diu ſeruet incolumem. Ingolſtadij Calendis Martijs Anni M.D.LXXII.

L. C. T.

Sacellanus, licet indignus

Iacobus Feucht.

SEPTEM

SEPTEM ET TRIGINTA CATHOLICÆ ASSERTIONES, QVAS M. Iacobus Feuchtius, Anno M.D.LXXII. publicè diſputandas propoſuit, ac defendit.

1. *Vna eſt ſancta, Catholica & Apoſtolica Eccleſia.*

Geneſ.7.Exod.12.Cantic.2.4.6.Pſalm.21.Matth.16.18.20.28.Ioan.14.16.21.Rom.12.Eph.1.4.5.1.Cor.1.11.12.Coloſſ.1.Apoca.13.21.Clemens Epiſt. 1.ad Iacobum frat. Domini. Cypr. lib.4 Ep.9.ad Florent.ſeu Pupianum.Irenæus lib.1.cap.2.Chryſoſtomus in Hom. 1.Cor. 1. Hieronymus ad Ag. ep.11.Idem in Dialog. contra Luciff. Anacletus Ep. 3. Aug.Ep. 170. Et in Sermon.181.de tempore.Idem contra.Epiſt. Manichæi,quam fundamenti vocat.part.4.cap.5.Ambroſius Epiſt. 81. ad Syricium Papam. Idem Serm. 38. Ruffinus in Expoſ.Symb.Apoſt.

2. *Hæc autem, nec Lutherana eſt, nec Caluiniana, nec ulla alia nuper nata: Sed Romana, gratuitá ac indubitata Chriſti Domini noſtri promißione, nec non principum Apoſtolorum Petri & Pauli ſanguine ac doctrina, aduerſus omnes Sectariorum omnium hæreſes & errores, ualidißimè munita & confirmata.*

Matth.16.Ioan.21.Rom.1.Orig.Hom.6.in Matth. Chryſ. ſuper Matth. Tertull. lib. de præſcript.hæret. Cyril.lib.2.cap.12.ſuper Ioan.Cypr.lib.4.Epiſt.ad Pup.Et lib. 1. ad Cornel.Idem lib.1.Epiſt.6. ad Magn.Et lib.4.Ep.2.ad Amonium.Marcel Epiſt.1.ad Epiſcopos Antiochiæ. Euſeb. lib.5.cap.6.Eccl.hiſt.Irenæus aduerſus hæreſes li. 3.cap.3.Et lib.4. cap.32. Auguſt.Epiſt.162.ad Epiſc.Donatiſtarum. Idem cont.Epiſt. Manich. cap.4.Et Epiſt.165.ad Generoſum. Et cõt. Epiſt. Donati.Hieron.lib. 1. cont. Pelag. Idem ad Damaſum Epiſt. 57.58. Ambroſ.Serm. 47. Et lib.3.de Sacramentis. Leo.Serm.3.Electionis ſuæ ad Papatum. Luth.in Declam. quorundam Art. Et in Epiſtola ad duos Plebanos de Anabapt.

3. *Viſibile, uiſibilis huius Eccleſiæ, caput & princeps, eſt Pontifex maximus, idem Vrbis ſimul et orbis Epiſcopus.*

Mat. 10. & 16. Mar. 3. Luc. 6. Ioan. 21: Clem Ep. 1. ad frat. Domini. Anacletus Epiſt. 1. 2. 3. Marcellus Ep. 1. ad Epiſc. Antiochiæ. Felix ad Benignũ. Cypr. li. 1. & 4. Ep. 3. & 8. ad Corn. Idem li. 4. Ep. 9. ad Pup. Baſil. ſuper illũ locũ: Tu es Petrus &c. Leo Magnus Ep. 89. ad Epiſc. per Vienn. prouinciam. Amb. in Lucam cap 9. Et Serm. 47. Greg. ſuper Iob. Hieron. contr. Luciff. Synodus Alexandrina ad Felicem 2.

4. *Hic autem per legitimum oſtium in ouile intrans, eſt uerus, ac proprius Ieſu Chriſti ueri* ἀρχιποιμένος *illius in terris Vicarius.*

Anacletus Pont. Epiſt. 1. ad omnes Epiſc. & cunctos fideles. Theodoretus hiſt. Eccl. lib. 2. cap. 4. Marcell. Pont. Epiſt. 1. Alexander 5. in ſuo Decreto. Auguſt. Epiſt. 162. ad Epiſc. Donatiſtarum. Idem Epiſt. 90. cum Patribus Concilij Carthag. ad Innoc. Pont. Roman. Et cum Patribus Concilij Mileuitani. Et Ep. 165. ad Generoſum. Bernhard. Epiſt. 190. ad Innocentium Papam.

5. *Extra hanc unam, ſanctam, Catholicam, Apoſtolicam, & Romanam Eccleſiam, extraq; eiuſdem Catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ fidem & obedientiam, nulla certa exiſtit ſalus, nulla fides, nulla uera, & ſuis numeris abſoluta uirtus.*

Geneſ. 7. Matth. 18. Ioan. 3. Rom. 1. Chryſoſt. Homil. 11. in Epiſt. ad Eph. Tertul. in lib. de pudicitia. Cyprian. lib. 1. Epiſt. 11. ad Pomponium. Et de ſimplicitate Prælatorum. Idem aduerſus Nouatianũ. Aug. de fide ad Petrum cap. 35. 36. 37. Et cont Don. Idem Tomo 9. de Symb. lib. 4. cap. 10. Et Tomo 10. Serm. 181. de tempore; qui eſt in Vigil. Pent. Greg lib. 14. Moral. cap. 2. Hieron ad Damaſ. Ep. 57. Cõcil. Later. mag ſub Innocent. 3 cap. 1.

6. *Summus ſanctæ huius Eccleſiæ Antiſtes de fide, uel moribus ex inſtituto, ſimpliciter, & abſolute definiens,*

ac pro-

ac pronuncians, Spiritu ſancto, iuxta gratuitam ac certiſſimam Chriſti Domini noſtri promiſsionem, ipſi aſsiſtente, nec errat, nec errare ualet.

Deut. 17. Matth. 16. Luc. 22. Ioan. 21. Cypr. lib. 1. Epiſt. 3. ad Cornelium. Aug. in lib de vtilitate credendi ad Honoratum cap. 17. Idẽ lib. contra Fauſtum Manichæum cap. 2. Et Epiſt. 162. ad Epiſc. Donat. Optatus contra Parmenianum.

7. *Quare in morum ac fidei quæſtione, haud minori animi promptitudine, ac reuerentia excipienda eſt Pontificis maximi, uel uniuerſalis Synodi definitio, quàm uel Petri, uel Pauli, uel alterius cuiuſcunque Apoſtoli.*

Matth. 16. 18. 28. Ioan. 14. 16. 1. Tim. 3. Aug. cont. Creſcon. lib. 1. cap. 33. Idem Epiſt. 118. ad Ianuarium cap. 1. Et lib. 7. contra Donatiſt. Sozomenus lib. 6. Eccl. hiſt. c. 7. Concil. Nicænum. 1. can. 5. Canon. Apoſtolorum 38. *Luth. in Epiſt. ad duos Plebanos Anabapt. Idem in ſuis coll. fol. 173.*

8. *Firma fide abſque ulla prorſus hæſitatione tenendum eſt, Mart. Luth. Caluinum, Brentium, omnesque ac ſingulos, qui pertinaci animi ſtudio eorundem errores ſectantur, & ad ultimum uſque uitæ hiatum ſtudioſè tutantur, omni fœlicitate, & fœlicitatis ſpe orbatos, in perpetuas æternitates apud Inferos arſuros eſſe.*

Matth. 16. Titum 3. Cypr. lib. 1. Ep. ad Pomponium. Et lib. 4. Ep. 2. ad Amonium. Aug. de fide ad Petrum cap. 35. 36. 37. Idem cont. Donatiſt. Et Tomo 10. de verbis Domini Serm. 11. Greg. lib. 14. Moral. cap. 2. Hieron. ad Damaſum. *Luth. in aſſerti. art. 30. Et lib. 1. contra Zuinglium.*

9. *Idem de reliquis omnibus hæreticis & ſectarijs, quocunque tandem illi nomine, uel titulo cenſeantur, locóue uel tempore, mortali hac uita defungantur, uel iam olim abex-*

ab exordio Eccleſiæ defuncti ſunt, certò & indubitatò credimus ac ſtatuimus: Precamurq́ue Deum Opt. Max. ut uſq́ue ad ſupremum uitæ ſpiritum in ea nos fide confirmet atque corroboret.

Matth. 16. Tit. 3. Huc poſſunt etiam reponi teſtimonia Patrũ præcedentis articuli. *Luth. in quadam Epiſt. ad Illuſtriß. Ducem Brand.*

10. *Quamobrem, qui ita ad Catholicæ Eccleſiæ cõmunionem redit, ut tamen Lutherum, eiuſdemúe Lutheri, uel alterius cuiuſcunq́ue ſectarij doctrinam, ut lutherana uel ſectaria eſt, ex animo damnare, & anathematizare nõ uelit, is profectò quid ſit Catholicum eſſe, nondum intelligit, tantum abeſt ut pro uerè orthodoxo publicè haberi queat.*

Geneſ. 7. Rom. 1. Eph. 4. 1. Pet. 3. Patrum teſtimonia inuenies articulis 2. 5. 6.

11. *In eodem* κακοδοξίας *cœno, et ſalutis diſcrimine uerſantur illi, qui uel uni, ex omnibus fidei capitibus, pertinaciter diſcredunt, quæ Spiritus ſancti magiſterio quocunq́ue tempore Eccleſiæ patefacta ſunt: uel eidem patefient. Oportet nanq́ue pectus uerè Catholicum ita affectum eſſe, ut ea etiam credere, ac reuerenter complecti paratum ſit, quæ hac quidem hominum memoria necdum definita, uel patefacta ſunt: atq́ue ideo liberam per hoc tempus ſententiam recipiunt, olim tamen definiri, ac patefieri poterunt.*

Deut. 32. Prouer. 1. 22. Hier. 5. Eccl. 8. Matth. 16. & 28. Ioan. 14. 16. 21. Rom. 1. Clemens Ep. 1. ad Iacob. frat. Domini. Aug. Serm. 181. de tempore. Idem contra Ep. Manichæi. Ambr. in Ep. ad Syricium Papam. Et in Serm. 38. Ruffinus in Expoſitione in Symb. Apoſt. Irenæus aduerſus hæreſ. Valent. & ſimil. lib. 1. cap. 2. Et lib. 3. cap. 4. Hiero. aduerſus Pomachium. Leo magnus Serm. 11. de paſſ. Domini. *Luth. in Epiſt. ad Brandeburg.*

12. Pari

12. *Pari ſalutis periculo, ac damnationis uinculo conſtricti tenentur, qui Apoſtolicos ritus, & cæremonias, quos uel quas Catholica & Apoſtolica Eccleſia in ſolenni Sacramentorum adminiſtratione, Miſſæue ſacrificio, uel alijs hierarchicis functionibus de more adhibere conſueuit, uel ut inutiles derident, uel ut ſuperſtitioſas condemnant.*

Matth. 16. Luc. 10. Ioan. 13. 14. 15. 16. Acto. 14. 15. 20. Rom. 15. 1. Cor. 6. 7. 11. Hebr. 13. Dionyſius Areopagita Eccl. Hier. cap. 1. Chryſoſt. in 2. cap. poſter. Epiſt. ad Theſſ. Tertul. de corona militis. Baſilius in lib. de Spiritu ſancto cap. 27. Euſebius lib. 1. de Demonſt. Euang. cap. 8. Epiphanius hęreſi, 61. contra Apoſtolicos. Auguſtinus in Epiſt. ad Ianuarium. Et lib. 5. contra Donatiſt. cap. 25. Idem 4. cōt. Donatiſt. cap. 24. Et 2. cap. 7. Et Epiſt. 66. Leo magnus Serm. de Pent. Hieron. aduerſus Luciff. Concil. Nicæn. 2. cont. Iconomachos. Act. 7. Synodus 8. can. 1.

13. *Tum illi quoq;, qui omnem condendarum legum authoritatem, & poteſtatem eidem Catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ adimentes, indicta à legitimo eiuſdem magiſtratu ieiunia, uel feſta, uel alia eiuſdē præcepta, quæ uel ad diuinum cultum ornandum, uel ad erudiendos homines, ac in æternæ ſalutis uia iuuandos, uel ad cohibendam malorum licentiam, uel ad omnes promiſcuè in officijs Chriſtianis continendos, iam olim ædita ſunt, tanquam nullam uim obligandi habentia, uel ſtudioſè contemnunt, uel temerè, citra ullam omnino cauſam, proculcant ac præuaricantur.*

Exod. 16. Num. 30. Deut. 9. 1. Reg. 8. 3. Reg. 19. Ioel. 1. & 2. 1. Eſd. 8. Ioan. 3. Iudith. 4. Matth. 4. 6. 10. 16. 18. Luc. 10. Acto. 13. 14. 1. Cor. 6.

B Chryſoſt.

Chryſoſt.Homil.61.in Matth.Theophil.in cap.18.Matth. Orig. ſuper Iud. Homil. 2. Ignatius in Epiſt. ad Magneſ. & Smyr. Baſilius Conſt.Monaſt.Cypr.lib.2.ca.7. Euthy.in cap.18.Matth.

14. *Tum reliqui deniq; omnes, qui ſtatas, ac ſolennes eiuſdem Eccleſiæ benedictiones, conſecrationes, adiurationes, anathematiſmos, uel execrationes: ſiue eæ cadant in homines, ſiue in res ſenſu uel uita carentes, humanæ tamen uitæ uſibus deſeruientes, ueluti uanas ac ſuperſtitioſas, omnisq; omnino roboris ac uirtutis expertes derident, exibilant, & deſpectui habent.*

1.Ioan,4.Concil.Lugd.apud Iuonem part.4.cap.14.Matiſc.2.cap.1.Mogunt.can.36,37.Trib.can.35.Concil.Agat.c.21.47.Aur.1.cap.28.Gang.can.19.Saleg.c.1.2. &c. *Luth.in lib.de bonis operibus. Et in explanatione 10.præceptorum.*

15. *Nam etſi ſolennes illæ ſalis, aquæ, herbarum, cereorum, ramorum, & aliarum eiuſmodi rerum adiurationes, uel conſecrationes, ueri nominis Sacramenta non ſint, nec Sacramentorum ui polleant, attamen ex uerbo Dei, & Eccleſiæ precatione, quandam cœleſtem ac ſupernaturalem uim & energiam hauriunt, hauſtamq; in eos, qui piè, ac legitimè illis utuntur non infrequenter transfundunt.*

Num.5.8.19.Leuit.4.4.Reg.2.1.Tim.4.Theodoretus Trip.hiſt.li.9.cap.35.Epiphan.lib.1.Tom.2.cont.hæreſes. Niceph.Eccl.hiſt.lib.12.cap.27.Beatus Vincentius Serm.9.de Sanctis,de Aqua benedicta.Ioan,de Turre cremata cap.5.D.Thomas 4.d.2.q.1.Alphonſ.à Caſtr.Tit.Aqua benedict.hæreſ.2.Bunderius Tit.44.De conſ.d.3.c.Aqua. *Luth.in capt.Babyl.fol.49.& 50.*

16. *Is demum uerus & legitimus eſt Scripturarum ſenſus,*

ſenſus, quem Eccleſia Catholica ex inſtituto ad hoc coa-ĉta, ut de ambiguo Scripturæ cuiuſpiam loco cognoſcat ac ſtatuat, uerum ac legitimum eſſe iudicauerit: Nec enim po-teſt illa obſcurum Scripturæ locum ex deſtinato interpre-tans, hoc eſt, de uero ac germano eiuſdem ſenſu pronunci-ans, à genuina eiuſdem ſententia aberrare: ſicut nec librum quoq; , qui reuera diuinus ac canonicus non eſt, diuinum ac canonicum publicè proclamare.

Matth. 16. 28. Luc. 22. Ioan. 14. 21. Gal. 1. Eph. 4. Aug. Tom. 2. Ep. 93. ad Benignum. Et Epiſt. 106. Idem tomo 7. cont. Ep. Pelag. Et con-tra Creſconium lib. 2. cap. 32.

17. *Septem ſunt uerè ac propriè nouæ legis Sacra-menta à Ieſu Chriſto Domino noſtro inſtituta, ad huma-ni generis ſalutem neceſſaria, tametſi non omnia ſingulis: Omniaq; hæc & ſingula eiuſdem Dei & Domini noſtri ſanguine imbuta ex ſe, &, ut in Scholis loquimur, ex opere operato, his, qui non indignè ſuſcipiunt, gratiam conferunt; licet non omnia parem omnibus.*

Matth. 26. Mar. 6. & 14. Luc. 15. 22. Ioan. 3. Rom. 6. 8. 1. Cor. 6. Gal. 5. 1. Cor. 11. 1. Tim. 4. Iacob. 5. Eph. 5. Hebr. 13. Clemens Epiſt. 4. ad Iul. & Iul. Melchiades Ep. ad Epiſc. Hiſp. Auguſtinus in Pſalm. 37. Idem in libro de vera & falſa pœnitentia. Et lib. 2. cont. Epiſt. Par-meniani. Baſil. Mag. in Exhort. ad Bap. Hom. 13. Et lib. de Spiritu ſancto cap. 15. Mag. Sent. 3. d. 1. Et 3. d. 2. Concil. Flor. in Doct. de Sacrament. Concil. Trident. Seſs. 7. c. 5. & can. 1. Concil. Conſtant. Seſs. 15.

18. *Vt tria ex his, nempe Baptiſmus, Confirmatio & Ordo ſemel ritè ſuſcepta, citra manifeſtum ſacrilegi-*

um redintegrari non poſſunt, ita ritus & cæremoniæ, quæ in publica, & ſolenni horum, & reliquorum Sacramentorum adminiſtratione adhiberi conſueuerunt, pro libito omitti, aut in alias nouas permutari abſq; ſcelere non queunt.

Exod.17.2.Reg.6.Matth.9.Mar.8.10.16.& 17.Luc.24.Ioan.9.11.20.Eph.1.4. Dionyſius Areo.Eccl.Hier.cap.2.3.4.5.6.Orig.Homil.12.in Num.Chryſ.in Homil.de Adam & Eua.Athan.ad Epheſ.Tertull.de coro.mili.Aug.lib. 2.contra Ep.Parmeniani ca.13.Leo Magnus Ep. 81.ad Dioſcorum, Cypr.lib.1.Ep.12. Rabanus li. de Inſtit. Cleric.cap. 27.Iſid.Hiſp. lib.2. de officijs Eccl.cap. 20. Concil.Tolet. 4.can.2.Concil.Trid.can.13.de Sacr.in genere.

19. *Infantes, ſiue illi ex parentibus Catholicis, ſiue ex Paganis, ſiue ex quibuſcunq; alijs ortum duxerint, ſi prius uiuere deſinant, quàm ex aqua & Spiritu ſancto regenerentur: uel in Chriſti, Chriſtianæuè religionis odium, uel ſoli, uel unà cum matre, & in matre contrucidentur, communi lege (nam de peculiarib. priuilegijs nihil hic diſputamus) à cœleſtis regni gloria excluduntur.*

Geneſ. 2. Pſalm.50.Iob 14.Matth.28.Mar.16.Ioan.3.Rom.3.5.6. 1.Cor.15. Act. 2. Hebr.2.Tit.3.Eph.5.1.Pet.3.Dionyſ.Areop.Eccl. Hier. cap. 7.Orig. in Epiſt.ad Rom. Et Homil. 14 in Lucam. Greg. Natz. Orat. 3. in Ioan. Chryſoſt. Homil. ad Neoph. Et Homil. 40. in Geneſ. Clemens Pont. lib. 6. Conſtit. cap. 15 Cypr.lib.3.Ep.8.ad Fidum Presbyterum. Irenæus contra hæret. lib. 2. cap.29.Tertull.de anima.Ambr.lib.10.Ep.89.ad Demet.Hieron.ad Letam.Auguſt.de verbis Apoſtoli Serm. 14. D. Thomas 3. p.q. 73.a.3.Dom. Soto ſuper 4.Sent. diſt.5.q.vnica.a.9. Concil.Later. Mag. ſub Innoc.3.can. 1.Carthag.5.cap.5.Epiſt.Concil.Carthag.ad Innocen.Papam.Concil.Mileuit. can. 2. Viennenſe.ſub Clem.5.Concil.Trident.Seſs.6.c. 4.Et Seſs.7.c.5.Idem Seſs.5.in Decreto de peccato Originali.

20. Nec

20. *Nec ſola fides, nec ſola in Deũ fiducia, nec ulla alia uirtus ſola ſat eſt, uel ad comparandam uitam æternam, uel ad obtinendam plenam peccatorum omnium remiſsionem.*

Matth. 7. 19.22.25.Luc.6.11. Ioan.5.14.15.Rom.2.Iacob.2.1.Ioan.1.2.Pet.1.Theophil.ſuper Matth.cap.7.Chryſ.homil.2.in Geneſ. Chriſt.Druth.ſuper Matth.Cypr.lib.1.Ep.1.ad Cornelium.Aug.in Pſalm.120. Et Tractat. 67. in Ioan.Et in lib.5.Homil.homil.14.Hieron.lib. 1.Com. ſuper Matth. Baſilius in Reg. Monach.94. Concil. Trid. Seſs.6.cap.16.Concil.Auraſ.2.can.18.

21. *Opera ſimpliciter bona, cuiuſmodi ſunt, quæ ex charitate orta ad Deum, uel alium honeſtum finem referuntur, & uitæ æternæ ſunt meritoria, & reſiduarum pœnarum expiatoria: At neutrum tamen horum ſunt, ut ſimpliciter opera ſunt, uel ut noſtra ſunt, ſed ut Spiritus ſancti fructus, ac pignora exiſtunt.*

Sap. 10. Eccl.16. Matth.5. 19.Ioan.14.Rom.2. Iacob.2.Apoc. 22. Heb.6. Gal.6. 2.Pet.1.2.Cor.3.1.Ioan.4.Phil.1.Chryſoſt. Homil.2. in Geneſ. Theophil. ſuper Matth. Aug. Tomo 2.Epiſt.105. ad Syri. Presb.Tom. 2.Ep.106.ad Paul.Et lib.50.Homil.homil.14.Tomo 7. de gratia & lib.arb.cap.17.& de hæreſ.cap.54.

22. *Quæcunq; in Sacroſancta Synodo Tridentina de iuſtificatione, originis peccato, Apoſtolicis traditionibus, præſentis gratiæ certitudine uel incertitudine, bonorum operum ui, Sacramentali exomologeſi, Miſſæ ſacrificio, communione ſub altera, uel utraq; ſpecie, animarum Purgatorio, Sanctorũ honore & inuocatione, uenerandarum Imaginũ, ac Reliquiarum cultu et ueneratione, alijsq́; id genus fidei controuerſijs decreta, definita, ac promul-*

gata ſunt, ea omnia et ſingula ſunt ſancta, uera, orthodoxa, ſacræq́ ac diuinæ Scripturæ quàm maximè conſentanea.

Geneſ. 2. 4. Deut. 30. 2. Reg. 24. Zach. 1. Pſalm. 118. 53. Dan. 4. Hier. 17. Eccl. 15. 51. 9. Iob. 9. 2. Mach. 12. 15. Eſa. 1. 5. 6. 64. Matth. 15. 16. 18. 25. 26. 28. Ioan. 14. 16. 20. 1. Cor. 13. Orig. Homil. 6. ſuper Exodum. Chryſ. de Inuentione & Mag. Mart. Cypr. in Serm. de Eleemoſ. Aug. in Epiſtola ad Ianuarium. Et Ep. ad Quint. Idem lib. 9. Confeſs. ca. 6. 7. Leo Mag. in Serm. 2. de Ieiunio. Ambroſ. in com. 1. Ep. cor. 4. Anſelmus. 1. Cor. 4. Greg. ſuper 9. cap. Iob. Et li. 4. Dialog. ca. 30. Caſsiod. ſuper 2. Pſalm.

23. *Verè nanq́, & realiter Ieſus Chriſtus Deus & Dominus noſter, in diuiniſsimo Miſſæ ſacrificio, pro uiuis, ac defunctis offertur, ac ſumitur.*

Gen. 14. Pſal. 109. Malach. 1. Daniel. 12. Cypr. lib. 2. Epiſt. 2. Iren. lib. 4. cont. hær. cap. 32. Hieron. ad Euag. Ambr. de Sacram. Aug. lib. 3. de Trin. cap. 10. Et ep. 118. ad Ianuar. Et Serm. 11. de Sanctis. De ciuitate lib. 17. ca. 20. Et 22. cap. 10. De fide ad Pet. cap. 19. Super Pſalm. 33. Concion. 1. Lib. 83. quæſt. quæſt. 61. lib. 9. confeſs. cap. 13. In Enchirid. cap. 110. lib. 20. de Ciuit. Dei cap. 25. *Luth. in Declarat. 10. præceptorum.*

24. *Verè idem integrè, ac indiuiduè in Sacramento Euchariſtiæ continetur.*

Geneſ. 14. Exod. 12. 16. Prouerb. 9. 1. Reg. 21. 3. Reg. 19. Matth. 26. Mar. 14. Luc. 22. Ioan. 6. 1. Cor. 10. 11. Iacob. in ſua Liturgia. Andreas ex Epiſt. Achaiæ Eccl. Abdias lib. 7. hiſt. Apoſt. Clemens epiſt. 2. Martialis Epiſt. ad Burgedalenſes. Dionyſ. Areop. Eccl. Hier. cap. 3. Ignatius Epiſt. ad Rom. Iren. lib 4. contra hæreſ. Tertull. in lib. de reſurrectione. S Hippolytus de conſumatione mundi. Cypr. in Serm. de Cœna Domini. Euſeb. Emiſs. in Serm. de corpore & ſanguine Domini &c.

25. *Verè ſub altera ſola ſpecie tantum ipſius ſumitur, & concluditur, quantum ſub utraq́.*

Exod. 16. Matth. 26. Mar. 14. Luc. 22. Ioan. 6. Act. 2. 1. Ioan. 4. Clemens

mens Ep. 2. ad frat. Dñi. Cypr. 5. de lapſis. Euſeb. lib. 6. Eccl. hiſt. ca. 34. Beda in ſuo Martyr. Leo Serm. 4. de Quadra. Hieron. in Ep. ad Heliſ. Aug. Pſal. 33. Petrus Lomb. 4. d. 11. Concil. Later. Viennenſ. Conſt. Baſil. Flor. Trid. *Luth. Tractat. de utraq; ſpecie Sacr. In Apol. pri. miſ. In declarat. Euchariſt.*

26. *Verè ſubſtantia panis, & elementũ uini, ex ui verbalis conſecrationis, in corpus & ſanguinem Chriſti conuertitur: Quamuis neutrum in alterum præciſè, ſed utrunque totum in totum Chriſtum: in aliud tamen ex ui conſecrationis, in aliud uerò ex phyſica partium inter ſe cõnexionē.*

Matth. 26. Mar. 14. Luc. 22. Ioan. 6. Iacob in Liturg. Chryſoſt. in Serm. 60. Greg. Nyſs. lib. de myſt. vita Moyſis. Theophil. in 14. cap. Marci. Damaſc. lib. 4. cap. 14. Iren. lib. 4. contra hæreſ. cap. 57. & 34. Idem lib. 5. cap. 1. Tertull. lib. 4 contra Marcionem. Cypr. in Serm. de Cœna Dñi. Ambr. in li. de myſt. Chriſt. Cyrill. ad Coloſirium Epiſc. Euth. in Matth. Concil. Lat. extra de Sum. Trin. cap. Firmiter. Conc. Conſt. Seſs. 8. Trid. Seſs. 3. die 11. Octob. anni 51. cap. 4. *Luth. contra Zuingl.*

27. *Verè altera dũtaxat ſpecies ſat eſt homini Chriſtiano ad ſalutem, nec quicquam ferè abſurdius affirmari poteſt, quàm utranq; ſpeciem omnibus abſolutè ad ſalutem eſſe neceſſariam.*

Matth. 26. Luc. 24. Ioan. 6. Act 2. Theophyl. in Lucam cap. 24. Tertull. lib. 2. ad vxorem. Aug lib. 3. de Conſen. Euang. cap. 25. Beda ſuper Lucam. Cypr. Serm. 5. de lapſis. Ambr. in oratione funeb. de Sat. frat. Greg. Turon. de gloria Martyrum. Euagrius lib. 4. Eccl. hiſt. c. 26. Concil. Matiſ. Tole. Vormat. Conſt. Baſs. Trid. *Luth. de form. miſſæ. Et ad Boemos. Phil. in locis com. anni 22.*

28. *Vnde qui ſecundum Eccleſiæ præſcriptum altera tantùm potiuntur, hi, neq; contra Chriſti inſtitutionem, neq; contra eiuſdem mandatum, aut teſtamentum, neq; contra uerum ac legitimum Sacramenti huius uſum committunt.*

Matth. 16.

Matth. 16. & 18. Luc. 10. Ioan. 14. 16. Aug. lib. de Hære. Ad quod vult Deum. Leo Serm. 4. de Quad. Huc referantur Patres & Concilia præcedentis articuli. *Luth. in declarat. Euch.*

29. *Sed nec illi quoq; ullum omnino piaculum, aut ſacrilegium deſignant, qui iuxta eiuſdem Eccleſiæ ordinationem, utranq; uſurpant, aut ante uſurparunt, uel olim uſurpaturi ſunt: ſiue hoc faciant, fecerint, aut facturi ſint, extra ſacram Liturgiam, ut Apoſtolorum ætate & multo etiam poſtea plæriq; omnes: ſiue intra, ut hac tempeſtate Sacerdotes actu ſacris operam dantes.*

Matth. 16. & 28. Luc. 24. Ioan. 6. Acto. 2. Clem. Tertull. Cyprian. Ambr. Leo 1. Greg. Tur. Baſil. Greg. vt ſupra. Aug. Theophil. Beda ſuper ca. 24. Lucæ. *Luth. capt. Babil fol. 9. & 10. in Declarat. Eucharistiæ. Et ad Boemos. Tractat. de utraq; ſpecie.*

30. *Certa ac indubitata fide tenendum eſt, Purgatorium eſſe, animasq; dum promeritarum pœnarum debitum per ſe, uel per alterum in ſolidum exoluerint, ad gloriam non admitti.*

2. Mach. 12. Eccl. 7. Tob. 4. Pſalm. 69. Zach. 9. Matth. 5. 12. & 1. Ioan. 5. 1. Cor. 3. Phil. 2. Apoc. 5. Iacob. in Litur. Clem. Ep. 1. ad fratrem Domini. Abdias Apoſt. hiſt. lib. 5. Orig. homil. 6. ſuper Exod. Ambr. de obitu Theodoſ. Aug. lib. de cura pro mortuis agenda. Greg. lib. 4. Dialog. cap. 30. 39. Bernhard. Serm. 66. in cant. Conc. Flor. Trident. *Luth. Concluſ. 10. ad Leon. 10. Et in reſol. Concluſ. 15.*

31. *Aeque certum ac indubitatum eſt, eaſdem animas fidelium precibus, eleemoſynis, alijsq; id genus ſuffragijs, & pietatis officijs, ut citius abſoluantur, plurimum iuuari.*

2. Mach. 12. Tob. 4. Eccl. 7. Aug. lib. 9. Confeſs. cap. 13. 15. Et in Ench. ad Laur. cap. 110. Et de cura pro mortuis agenda cap. 4. 14. 18.

De

De verb. Ap. Serm. 32. Luth. in Serm. de Nat. Ioan. Bap. Et in Serm. de Indulgentijs. In Declarat. art. In Conc. de omnibus Sanctis.

32. *Pari nos fide, ac conſtantia credere, ac profiteri oportet, Diuos cum Chriſto regnantes, honorandos eſſe, eorumq́ fidem, & interceſſionem à Chriſti fidelibus non abſq́ eximia utilitate implorari.*

Exod. 28. Zach. 1. 2. Mach. 15. Pſal. 31. 33. 90. Baruch. 3. Tob. 12 Iob 33. Dan. 10. Hier. 15. Eccl. 41. Act. 12. Hebr. 1. Apoc. 6. 8. Iacob. in Lit. Dionyſ. Areopag. Eccl. Hier. c. 7. Orig. Homil. 9. in cant. Hilar. in Pſalm. 129. Idem in 18. cap. Matth. Baſil. in Pſalm. 33. Hieron. in cap. 10. Dan. Et cont. Vig. Cypr. lib. de ſtella & Mag. Aug. 84. ſuper Ioan. Idem de Ciuit. Dei lib. 21. cap. 18. Amb. in lib. de viduis. D. Thomas. Bonauent. Alb. Mag. Scotus. Sotus. Durand. Gabr. Biel. Paludanus ſuper 4. d. 45. Concil. Cal. Baſ. Flor. Trid. Syn. ſexta. 7. Nic. Franc. Luth. in Serm. Nat. Mar.

33. *Tum ſacris eorundem reliquijs, & Iconibus debitum honoris cultum more maiorum impertiendum eſſe.*

Exod. 20. 25. 27. 34. Num. 12. Ioſue 24. 1. Reg. 17. 3. Reg. 6. 2. Par. 4. Leuit. 26. Eccl. 49. Matth. 4. 14. Act. 5. 8. 19. Chryſoſt. de Inuent. & Mag. Martyr. Idem de S. Babila. Greg. Nyſs. in Serm. de Abraham. Baſil. Mag. in Pſalm. 115. Ambr. Ep. 85. Cyrill. ſuper Matth. Baſil. aduerſ. Iulian. Euſeb. Eccl. hiſt. lib. 7. cap. 14. Damaſc. lib. 5. cap. 17 Et lib. 4. cap. 12. Niceph. lib. 2. cap. 23. Aug. Epiſt. ad Quint. lib. 9. Confeſs. cap. 6. 7. Et lib. 22. de Ciuit. Dei cap. 8. Hieron. aduerſ. Vig. Et in quodam Serm. de Imag. admiſs. Amb. in obitu Theod. Greg. Mag. in Epiſt. ad Germ. Patriarch. Concil. Carth. c. 14. de Conſ. d. 1. cap. placuit. & c. non oportet.

34. *Nihilq́ iſtorum omnium, ſecundum legem ab Eccleſia præſcriptam, obſeruatum, aut in proximi offenſaculum, aut diuini honoris præiudicium cedere poſſe.*

2. Mach. 12. Tob. 12. Iacob. in Litur. Orig. in Lament. Et lib. 2. in Iob. Cypr. de Stella & Magis. Et lib. 1. Epiſt. 1. ad Cornelium. Greg. Natz. in orat. in Baſil. Et in orat. in D. Cypr. Chryſoſt. in Litur.

C Greg.

Greg. Nyſs. in Serm. de Abl. ped. Aug. in Serm. 15. de Sanctis. Et lib. 9. Confeſs. cap. 3. Idem lib. 2. de viſit. infir.

35. *Indulgentiarum præterea poteſtatem, à Chriſto Domino noſtro ſalubriter in Eccleſia fuiſſe relictam, legitimumq; earundem uſum, Chriſtiano populo cùmprimis utilem, ac ſalutarem eſſe.*

Iob. 6. 2. Cor. 2. Coloſſ. 1. D. Thomas 3. p. q. 25. Sum. angel. Titulo. Indulg. Ioan. Roff. artic. 17. contra Luth. Ioan. Eckh. Titul. Indulg. Bartholo. Fumus ibidem. Alphonſ. à Caſt. ibidem. Ioan. Viguer. de Sacr. Ordinis. Concil. Later. ſub Innoc. 3. Vienn. ſub Vrbano. 4. Conſt. Seſs. 6. *Luth. In Serm. de Indulg.*

36. *Item Confirmationē, Ordinem, & Extremā Vnctionem, rectè ab eadem S. Synodo inter ueri nominis Sacramenta cenſeri: auricularem confeſſionem non ſecus, atq; peccatorum odium, ac deteſtationem, ſi modo confitendi copia non deſit, neceſſariò ad ſalutem depoſci: Pium rurſus, ac Chriſtianæ religioni cùmprimis conſentaneum eſſe, auguſtiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum in ſacrario aſſeruare: ad ægrotos honorificé deferre: cultu latriæ adorare: ſtatis anni temporibus cum ſolenni pompa circumgeſtare: monaſticen profiteri: cœlibatum, ſi id uouiſti, uel ſacris initiatus ſis, colere, & religioſè obſeruare: obſtinatos in errore hæreticos pœnis Eccleſiaſticis & ciuilibus coerceri.*

Deut. 14. 3. Reg. 1. Matth. 16. 18. 19. Mar. 6. Ioan. 20. Act. 8. & 16. Iacob. 5. 1. Cor. 7. Tit. 3. Clemens Epiſt. 2. ad fratrem Domini. Euſeb. lib. 6. Trip. hiſt. cap. 24. Aug. contr. Epiſt. Gaud. Hieron. in Ep. ad Ruſticum Monachum. Concil. Vuor. cap. Presby. Concil. Trid. Seſs. 13. cap. 5. 6. *Luth. de Adorat. Euchariſt.*

37. Po-